

quam extra pro se ac toto capitulo et singularibus canonicis ecclesiae Misnensis praedictae cum instantia requisierunt. Tenor vero litterae de qua supra fit mentio sequitur per omnia in hunc modum:

In nomine s. et ind. tr. amen. Nos Ludovicus Romanus — no. 535 — beatorum apostolorum.

Forma vero sigilli eidem litterae appensi erat oblonga de cera alba facta, in quo quaedam imago hominis armati stantis et lorica succincti, qui pallio longo ad dorsum pendenti vestiri et pilleum parvum sursum acutum in capite habere necnon in manu sinistra scutum, in quo figura aquilae apparebat, in manu vero dextra lanceam, cui vexillum quoddam appendebat, gerere videbatur, in cuius circumferentia hae litterae legebantur: S' Ludewici Romani marchionis Brandinburgensis. Acta sunt haec anno — quibus supra, praesentibus discretis viris dominis Nicolao Mochow, Michaele de Gubbin, Nicolao de Kossinblot et Laurentio de Turgow perpetuis vicariis ecclesiae Misnensis testibus ad praemissa vocatis et rogatis. Et nos Albertus praepositus ecclesiae Misnensis et iudex ordinarius civitatis Misnensis recognoscimus, quod ad requisitionem et rogatum capituli Misnensis et dominorum canonicorum praedictorum sigillum nostrum huic transsumpto appendendum duximus, decernentes ipsum tam in iudicio quam extra aequalem vim eundemque vigorem cum originali littera de qua sumptum est obtinere.

Et ego Petrus de Semftinberg clericus Misnensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius etc.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Probsts Albert (S. Johannes evangelista) an einem Pergamentstreifen.

### No. 569. 1366. 27. Oct.

*Transsumt der Urkunde der Markgrafen Friedrich, Balthasar und Wilhelm, worin diese die Vereinigung der Probstei zu Lübben mit dem Archidiaconat der Lausitz genehmigen.*

In nomine domini amen. Noverint universi — — — — quandam litteram tribus sigillis independentibus sigillatum — —

In nom. dom. amen. Etsi quaelibet — No. 540 — sexta dies mensis Julii.

Forma vero primi sigilli eidem litterae appensi erat rotunda ab extra de cera alba, ab intus de viridi facta, in quo caput ethiopsis, ut prima facie apparebat, depictum erat et in transferentia eius hae litterae legebantur: Secretū Friderici Thuring. lantgravii et Orientalis. Forma vero secundi similiter rotunda erat ab extra de cera alba, ab intra vero de viridi, in quo scutum quadripartitum continens in quolibet angulo imaginem leonis apparebat et in circumferentia eius hae litterae legebantur: S' Balthazar marchionis Mynsensis. Forma autem tertii similiter rotunda erat, in quo quaedam galea superposito capite barbarico et desuper pilleo coronato sculpta erat et in eius circumferentia hae litterae legebantur: S' Wylhelmi marchionis Misnensis. Acta sunt haec anno — —.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen. In den hier ausgelassenen Stellen wörtlich übereinstimmend mit dem vorhergehenden Transsumt desselben Tages und mit dem Siegel des Probsts Albert.